

lateinischen Verzeichnisses, in eine Capelle des Klosters zu S. Johannis (in Capella monasterii S. Johannis consecrati) christlich zu Erden bestattet worden.

Nicolaus de Siegen (p. 272, 14 Wegele). Et vidua sancta Paulina, hec ante diem nativitatis sue divinitus fuit ostensa¹⁾ et post mortem maritorum sancto velamine²⁾ velata et eterno sponso Cristo associata continenciam vovit, quia dum licuit quod potuit illicitum sibi fecit. Et vidua effecta iterum Romam adiit, et cum in via oberraret, aquila veniens ei viam recti itineris ostendit. Et matre S. Pauline defuncta Moricho, pater³⁾ Pauline, fit monachus Hyrsawiensis ac consummato sub regulari jugo discipline felici cursu migravit ad Dominum. Et mulier sancta, patre et matre orbata atque marito, ad patrem orphanorum ac ducem viduarum se contulit ac locum sibi in Thuringia, ubi etiam pro nunc pausat, sibi elegit dicens: 'Hic requies mea in sancto spiritu, hic habitabo et diem iudicii exspectabo', ibique capellam in honorem S. Marie Magdalene construi fecit, ubi gravissimas antiqui hostis temptationes pertulit. Nam dyabolus in nocte, qua sequenti die eadem capella dedicari debuit, ingens turbo veniens totum tecti edificium destruxit. Dedicata vero ecclesia Cristi ancilla Paulina in eodem loco mansit immobiliter ac pro mundi deliciis septa silvarum domum effecit oracionis. Tandem tertia vice Romam adiit et unam stolam preciosam altari S. Petri obtulit et a dompno apostolico Paschali summo pontifice privilegia petiit et obtinuit. Acta sunt hec a. D. 1106 sub Paschali secundo regnante Henrico quinto atque Adelberto⁴⁾ Moguntino archiepiscopo in comitatu tunc temporis Zizonis, ubi duo confluent rivuli, Berbach et Rotenbach⁵⁾. Migravit S. Paulina anno sequenti, scilicet 1107, dum iret usque Hyrssawiam pro novo pastore sive abbate adducendo. Obiit quidem in cenobio Swarczensi, sed reducta fuit, prout petiit, et in sua cella sepulta, unde et nomen cenobii Paelelcel nominatur.

Deutsche Lebensbeschreibung. Paulina ist aus Sachsen in Thüringen gezogen an den Ort, so Langwici genannt wird. Dasselbst hat sie Mariä Magdalenä zu Ehren erbauen lassen eine Capelle, welche Hezelon der Bischoff zu Magdeburg eingeweiht hat, und solche gewidmet zu wirken und Chorröcke darein zu machen, wie er denn darauf ein

1) So mit Recht Wegele für das hds. 'ostenda'. 2) Wegele 'volume', Hesse richtig: 'velamine'. 3) Wegele: 'frater'; in der Hds. ist der erste Buchstabe undeutlich geschrieben, doch ist pater das allein Richtige, wie oben nachgewiesen. 4) 'Adelberto' ist von späterer Hand durchstrichen und 'Ruthardo' an den Rand geschrieben worden. 5) Hds. 'rotenbech', Wegele 'Botenbech'. Der Bach heisst noch jetzt Rottenbach.